Rabutowski Joan: Eulogia Perillustri ac Rndissimo D.D. Sigismundo Cielecki.

ΣΥΛΟΓΙΑ

Perillustri ac Reuerendissimo Domino

D. SIGISMVNDO

DE CIELCZA

CIELECKI,

in vniuersa Episcopatus Posnaniensis Diœcesi ADMINISTRATORI, Cathedralisq; Ecclesiæ PRÆPOSITO, Gnesnensi, Plocensi etc. etc. CANONICO S. R. M. SECRETARIO,

Domino & MECÆNATI amplissimo.

Dum

Vitâ functo piæ memoriæ Illustrissimo & Reuerendissimo Dño.

D. HENRICO à DABROWICA FIRLEI EPISCOPO POSNANIEN concordi sententiâ V. CAPITVLI in ADMINISTRATOREM Episcopatus electus esset.

A

M. IOANNE RATVLOWSKI Philosophiæ Doctore & in ACADEMIA Posnaniensi Poes Professore.

Magno affectu ingenio licet impari Honoris ergô facta.

Anno Domini CIƆ IƆC XXX VI.

IN STEMMA
Antiquæ Domus CIELECCIANÆ.



Qui lapides, quid pegmata, quidque Leones,
CIELECCI veſtra in nobiliore domo:
Firma fides, animus generoſus, robur et ingens:
His ſubiecta alis, alta per, illa volat.

STROPHE I.

POST longa tandē tempora; iam dies
Accesſit quâ optata licebit,
In medium, lepido,
Mentis ardore, inter amęna, laetantium & ſerena gaudia,
Geſtienti pectore, torrente fluenti & ore
Proferre ipſe velis modò
Aurem benignam, Olores inter, Anſeri
Stridenti dare SISMVNDE. Eſt humeris onus impoſitū tibi, mēte ferendum
Impauidâ; mul-

ANTISTROPHE I.

tis quod futurum nil dubites honori, & cuncti quam concupiêre,
Vtilitati: animo
Nil tuo plùs nam cupies, ad omnium quàm, tuos, mores regas.
Docta quondā turba Sophûm, poſteritate longâ,
Maturi ingenii ſui,
Cumulauit immortale quae nomen, labo-

re: inter

re: inter plurima diſcur-
ſu arguto docet, eſſe poteſt non, quo ſine Vita:
Quæ licet eſſet,

EPODVS I

Sit grauis moleſtaq;
Latè micantem GLORIAM: inſciam mortis
Nocte premi. Tribus hæc miniſtris
Ad aſtra vehitur vſquè, celer ſublimia,
Intemerataq́;
Seris, nititur ore prædicari,
Docto & carmine, poſteris,
Canâ FIDE, Vernanti HONORE; his Benôlentia ſe
Iunxit amabilis vo-
to ſemper ſtabili, quæ
Sat mulcet efficaciter clientum
Mentes. eſt nec Via valde ardua;
Quâ, tam bonum præſtans paretur:
Oſtium nunquam arceas,

STROPHE II.

Cidonis ac ſi ſit domus & tua,
Largus ſemper; munificâ & ma-
nu numerabis ami-

cûm ordinem longâ ſerie: voluntas
Semper medullis intimis,
Mens bona et ſẽper ſit, amor perpetuò reciprocus: primùm ſtuduêre nos
Qui, maximè et, in illos, ſuâ curâ atq; ope,
Ornare. accipies nec
Perſonam, nec munera: munera nam ſapientũ
Quò minùs omni-

ANTISTROPHE II.

bus adminiſtrent, iuſtitia exigat
Quod dia, excæcant oculos et
Verba, rata eſſe ſibi,
Non ſinunt vnquam. ambiguus nec anceps
Iuſtè, quod eſt iuſtum, ſagaci celebriq; ingenio promptus ages, modoq;
Tali omnes hominem ſtupebunt non modò, at etiam, augurabuntur Iouem.
Verùm quod Caput eſt rei, foueat ſemper noſtri, quod maximè amorem,
Regula tanquam, &

EPO-

EPODVS II.

Dogma congruum, fide-
li firmâ & arte verum: Opinio et Fama.
Nobilis eximiæ q; vitæ,
Tam liberalitatis promptæ et beneficæ,
Quàm ingenuae fide-
i, tum iuſtitiæ ſeuerioris,
Virtutum et, quibus effici,
tur lenitas et comitas morum: inamœna procul
Cuncti habuêre, cedat,
Execrando odio, quam,
Auſteritas. Parens natura, ſi illud
Virtutibus hiſce, vt placeant dedit,
Per ſe, micent magis coruſco et
Sole, cur amore eos

STROPHE III.

In, non mouemur? remur ineſſe qui-
bus virtutum pignora tanta
Nolimus atq; licet,
Ipſa nos natura trahet cohorta
biturquè. verùm quorſùm ego,

Dictionis, metra per hæc compositæ, tumesco
Vento: dotibus an tuis
Deesse quidpiam putem: est benólentia,
Seu monstranda tibi, seu
Quam tu alys monstres, est munificentior ære
Dextera. Fama et

ANTISTROPHE III.

Opinio num deseruêre te:
Atqui plenis, virq́, puerquè,
Compita perq; domos
Vrbis istius, celebre et stupendum
Nomen canit, buccis, tuum.
Ergo cur hæc Cecropio nunc modulor iocosè
Plectro: distat inertiæ,"
Paulùm sepultæ, occulta virtus; excites
Currentesq; ad eam ni.
Vrgent perpetuâ multos obliuia nocte;
Lumine Virtu-

EPODVS

tum licet, coruscum, et am-

ple mitterent per anfractus, micans fulgur,
Sed quia vate carent, silentur.
Non te sileri ego, chartis vnquam meis,
Carpere liuidas
Virtutis patiar, nec et labores,
Latos pectore viuido,
Obliuiones: compulit maximus esse solet
Qui tibi, non tuos er-
ga tantùm, sed in illos,
Quos vlla nunquam tibi iunxit fides no-
ta, affectus ad id; tua, semper memo-
ri facta Virtutis præaltæ, vt
Personent, per omnia

STROPHE IV.

Currentis æui, tempora, pectore.
EST aliud, quo GLORIA celsa, ad
Sydera subuehitur,
Quodq; supremâ statuit Curuli,
Virtute pæstantes Viros:
Ipse, miratur quam, ab Olympo altipotens Polorũ
Rector

Rector Iuppiter et Faber
Sublimium, FIDES: Columna ſcilicet
Rerum; quæ biiugis, cur
rûi iunctis, ſplendenti, vecta niteſcit
Iuſtitia, altæ

ANTISTROPHE IV.

Prudentiæ ſi conſocia occupet
Docta, fauenti Pallade, corda.
Nonnè fidem dedimus
Talibus: queîs pectora ſint reuincta, his
Fulcris potentioribus:
Namq; plus, cũ mens ſua noſtrâ valeat, futura &
A longè, eueniant mala
Quæ, dimouere ſciant, agatur reſquè ſi,
Diſcrimen ſubeatq;,
Expediant rem, conſiliũ atq; ex tẽpore ſumant,
Cuiq; ſuum dent,

EPODVS IV.

Vindices & abſtinen-
tes fraudis, et turpis pecuniæ ducen-
tis ſine iuſtitiæ rigore
Ad ſe omnia: his fides ita habetur, vt doli

Suſpicio procul
Sit. quare bona, liberos, opes &,
His committitis Hanc tibi
Proſapiæ o CIELECCIORVM rutilnm, nitidum
Et decus, ampliore
Naturam, gremio do.
nauiſſe cernens lectior SENATVS,
Præſtantibus ingeniis culta-
rum mentium, inclytæ Cathedæ,
Fata dira PRÆSVLEM

STROPHE V.

Repente tantis, tanta periculis,
Heu freta cum ſuperâſſet impi-
ger, prope iamq; pedem
Littus in ſiccum expoſiturum, acutâ
Demeſſuêre falce, poſt-
quam: ADMINISTRATOREM animis lætitiâ refuſis,
Abſq; ambagibus omnibus
Elegit. oneri huic Te Atlantem cenſuit
Fortem ſufficere, ante
Te ſciêrit cum, ingenti, plurima munera, laude
Expediiſse.

ANTISTROPHE V.

TANDEM arduæ, pars vltima gloriæ, est
Almus HONOS: cupiunt parare
Nisibus ingenuis,
Arduis curis, studio sagaci,
Quem omnes: Columnis quattuor
Hic tenetur; non fragili, perpetuâ sed arce:
Sublimi sapientiâ:
Celsæq; mentis, altâ fortitudine
Aequâ iustitiâ: absti-
nentia queîs addit felix sua fortia fulcra.
Talibus ergo

EPODVS V.

Hic HONOS, recinctus &
Vallatus, infractâ virtute succrescit.
Non poterit satis, vllus admi-
rari, quibus, si talis vnquam contigit.
Despiciunt eos
Si & temnunt, animi nihil quibus sit,

Prosunt qui, neq; tam sibi,
Quàmq; alteri in quibus labor nullus, ad vtile cō-
mune notatur: ergo
Multùm suspicient hos
Qui non sibi, sed Patriæ putent se
Natos, studiis lepidis sæcula
Per cuncta tales prosequentur.
At dedit TIBI Parens

STROPHE VI.

SISMVNDE natura, vt fieres ali-
is magè, quàm tibi commodus: huc con-
uertere pectore nam
Viuido, Curas studuisti, vt ex te,
Torrente manarent velut,
Mille fructus, pauperie in, fasce graui, labantes.
Affatim hinc igitur tibi,
Cuncta affluunt, fortuna & arridet fauens,
Dum sis sæpe voti com- (sunt
pos, sic spe nunquam vt frustreris; cuncta tibi ad
Flore virenti.

ANTI-

ANTISTROPHE VI.

In veri honoris culmine ſplendido,
Multis qui tua facta probata,
Iudicio obycies
Publico, firmet quod vbiq; dignum,
Honore, te hoc: ingens labor
Quē parauit. Iam cupy quod, teneo: apprehendi
Quod conamine quæ ſy
Tanto: ſat altarum eſt TIBI SISMVNDE vir-
tutum, quæ ad ſolida edu-
cunt Te non pigrè, pulchræ faſtigia glori-
ae: Eſt honor almus,

EPODVS VI.

Continentia & comes,
Mens alta, Sapientia, tum & æquitas firma,
Quæ tibi per Pylios parabit
Annos, perenne nomen altæ gloriæ.
Indita pectori,
Eſt conſtans, ſtabili, fides, renixa
Fulcro, iuſtitiæ voto,
Prudentiæ, virenti et ſtudio: eſt, aliis

Rara, tibi ſtatim cum
Materno indita lacte
Communis, admiranda beneuolenti-
a: hinc procul exulat in amæna procul,
Auſteritas. Ornatus ergo
Talibus, neget tibi

STROPHE VII.

SISMVNDE quis, faſtigia gloriæ
Te non poſſediſse? ſtupebit
Quin, ſimili genio
Quiſq; tentabit ſtudio & ſagaci,
Obſtet labor ni conſequi,
Celſa virtutum nitidũm Sydere fulguranti,
Et ſublimia Culmina.
Hac ergo, SIGISMVNDE felix, viue iam.
Soſpes, quot tua, per tot,
Virtus excellens, fælicia luſtra, requirit.
Vtere honore

ANTISTROPHE VII.

Præſenti. id &, quod promoueat tuum,
Neſceſses vnquam decus, æmu-
larier ingenuus.

Grandinent gemmis,riguoq; nubes,
Laté domum perq; atria
Depluant auro tibi: frugum segetes, fauentis
Et flatu Zephyri, arua per
Non inuideat, auara æstas, prata vbera:
Sub sultent et anhela,
Fessis, vere nouo, calcata aruis iuga, tauris,
Flore virenti.

EPODVS VII.

Blandiens secundaq;
Fortuna sorte seruiat tibi semper
Tam stabili, nequeas vt vnquam,
Queri dolum, quo sæpè lusit plurimos:
Diuite sit grauis
Semper aere manus tibi, augeas quo
Illam, quam coluisse so-
les liberalitatem: iners pauperies fugiat.
Augurer et vt haud fal
lens, sunt quæ tibi paucum
Ad tempus administranda, hæc breui post
Possideas perpetuus: dotes

Id nam tuæ tibi ominantur,
Mentis, oris, & genI.

ZOILO.

Hæc mala: sit sane, ergo fingas tu meliora.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA

POSNANIÆ.
In Officina Ioannis Wolrabi, Anno
Domini 1636.